

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula V. Materia est pura potentia

urn:nbn:de:bsz:31-102400

X. Ex dictis propono pro Aristotelle hoc argumentum:

Cui inest potentia receptiva formæ, tanquam suæ perfectionis, ei inest appetitus formæ. Siquidem appetitus innatus, ut explicavimus, nihil aliud est, quàm potentia sumpta in ordine ad suam perfectionem.

At materia inest potentia receptiva formæ tanquàm suæ perfectionis, uti constat.

E. materia inest appetitus formæ.

REGULA V.

Materia est pura potentia.

I. Dicis:

Pura potentia est expers omnis actus.

Sed materia non est expers omnis actus.

E. non est pura potentia.

Major probatur: quia purus actus est, qui est expers omnis potentia. E. & pura potentia est expers omnis actus; par enim est ratio. Minor probatur, quia materia prima habet actum, quem Scotistæ vocant *entitativum*, quod nihil aliud est, quàm existentia, quâ de re libi diximus.

II. Pro explicatione sciendum, cum materia dicitur *potentia*, intelligi potentiam *passivam*. Ejus enim natura in hoc consistit, quod sit *passiva*, quemadmodum ex textu *L. I. de oreu & interitu*, & *Lib. II. c. 53.* manifestum est.

D
stum est.
significatu
re actum f
ex suâ natu
sub formâ
ejus natur
explicat. A
dicatur pu
se, ut omni
si careat o
quod pot
suis form
nim poter
suis form
rativus di
absurdum
potentiam
re actum

III. Co
tentiam p
recipien
tia ad m
aqua, ne
tentia pa
rale intr
quam fo
quem est
IV. R
sponder

sum est. Cum autem dicitur *pura potentia*, significatur, eam nullam habere formam, si- ve actum formatum, essentialiter nimirum, & ex suâ naturâ. Licet enim materia semper sit sub formâ aliquâ, nulla tamen forma est de ejus naturâ & essentiâ, quemadmodum & in explicat. *Reg. I. hujus Disp.* diximus. Ut aliquid dicatur pura potentia passiva, non est neces- se, ut omni actu simpliciter careat, sed sufficit, si careat omni actu formali. Cujus ratio est, quòd potentiæ passivæ non quilibet, sed a- ctus formalis tantùm opponatur. Omnis e- nim potentia passiva, quatenus talis, est a- ctus formæ receptivus. Unde cum actus enti- tativus distinguatur ab actu formali, non est absurdum, materiam primam dici puram potentiam, scilicet *passivam*, & tamen habe- re actum *entitativum*.

III. Corpora naturalia habent etiam po- tentiam patiendi, sicut in aquâ est potentia recipiendi calorem, & in lapide est poten- tia ad motum deorsum; sed nec lapis, nec aqua, nec ullum corpus naturale est pura po- tentia passiva, quia quodlibet corpus natu- rale intrinsecè & essentialiter includit ali- quam formam siue actum formalem, per- quem est tale corpus naturale.

IV. Ex quibus perspicuum est, quid re- spondendum sit ad argumentum oppositum.

MM 5

Ma

Major enim non est vera nisi de actu, qui opponitur illi potentia. Cum igitur potentia, de qua hinc sermo est, sit passiva; & verò potentia passivæ opponatur tantum actus formalis, major non erit vera, nisi de actu formali: *Pura potentia passiva est expers omni actus formalis*; & hoc modò minor est falsa. Est enim materia ex suâ naturâ omnis formalis actus expers. Quæ responsio confirmatur, si puram potentiam cum purò actu conferamus. Purus actus non excludit omnem potentiam, sed tantum passivam: stat enim cum activâ, cum *Deus*, qui purus actus est, perfectissimam potentiam activam habeat. Jam quod si purus actus non omnem excludit potentiam, quid mirum, si pura potentia quoque non omnem excludat actum? Manifestum autem est, sermonem esse de *materia primâ*. Nam secunda, ut lignum, lapis &c. intrinsicè & essentialiter aliquam formam habet, sicut apud omnes constat.

REGULA VI.

Ex non ente nihil fit.

I. Ita Aristoteles *IV. Metaph. r. 20. XI. Metaph. cap. V.* & alibi. Sed contra est, quod *Phys. r. 4.* & multis aliis in locis docet, *generationem esse mutationem ex eò, quod non est.* Ex non ente ergò aliquid generatur secundum Aristotelem.

II. Sci

II. Sci
tum ad pr
non est, u
quod hab
ipsum fier
ationem o
Privative
non est ad
derur alio
tentiam a

III. Q
ones, qu
sumò fit
enim pot
tentiâ ge
rentiâ &
non em
lud non
Et hanc
in §. 1. c

IV. C
rò nihil fit
ribus nat
monstra
que eni
per gene
tionem
aliquam
modum